Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 107

Quelle:
Copyright:

propoſitum Lectores a vitiis abſterrendi et animandi ad bonum. Atque ejusmodi Narratiunculis alia manus implevit, quidquid membranae per totum Codicem alicubi vacaret.

V. *fol.* 68. Tractatus aſceticus, incipiens: *Multi multa ſciunt et ſeipſos neſciunt.* &c. Adi T. V. *Opp. Bernardi ſupracit.* ubi *col.* 319. inſcribitur: *Meditationes piiſſimæ de Cognitione humanae Conditionis*, quas et *Bernhardo* et *Hugoni a S. Vict.* tributas invenias, ut *Monitum* praevium docet.

VI. *fol.* 80. Breviora quaedam, quae colligo: 1) Praeſcripta menſtruatim ſervandae valetudini. *Januarius* ſit ſpecimen. *Jani prima dies et ſeptima ſine timetur. Iſto menſe uinum album bibe ieiunus propter ſanguinis infuſionem. Gingiber, Reum ponticum, Cerifolium vel ſemen contra frigora et offocationem ſepius accipe, et electuarium ad calefactionem ſtomachi, et ſanguinem non minuas, nec pocionem accipias.* Ita pro ceteris Menſibus. 2) Nomina latina et germanica Avium, Ferarum, Piſcium et Arborum, quorum minus nota delibo: Monedula *Thach.* Mullis *Hagilgans.* Noctua *Owil.* Onocrotalus *Hortoub.* Ortigometra *Orhun.* Palumbes *Haitoub.* Pellicanus *Niſigo.* Sepicetula *Liſter.* Sparulus *Haſelhun.* Alietus *Stochar.* Aurificeps *Iſuogil.* Bubo *Owe.* Capus *Walch.* Cignus *Elbiz.* Cupide *Ruuol.* Cruricule *Wergil.* Felotena *Grasmuk.* Cuculus *Gouch.* Gurgulio *Wupil.* Laoficus *Wintwel.* E Feris: Alx *Elb.* Carnus *Mard.* Hyena *Eleutes.* Leopardus *Libart.* Lacerta *Egdes.* Migale *Harm.* Pardus *Fard.* Spinga *Mergaiz.* E Piſcibus: Capedo *Alnt.* Balena *Walru.* Coracinus *Rot.* Rumbus *Stur.* Scaurus *Huſe.* Mullus *Nas.* Ex Arboribus: Cornus *Lerpoum.* Carpenus *Hagenpoum.* Lentiſcus *Eboum.* Malus *Appholter.* Mirica *Haidech.* Paluirus *Hifolter.* Sauina *Seginpoim.* Sanguinaria *Hartrigil* &c. 3) Prognoſticon urinae. Incipit: *Urina habens croceum colorem abundantiam ſanguinis ſignificat* &c. 4) *De uirtutibus* (medicis) *quarundam herbarum uel radicum.* Germanica latinis mixta. Initium: *Yſope iſt gut, ob div geburt ſtirbet in dem wibe. Trinch ſi mit warmen wazzer, ſo uert iz uon ir. vnd iſt gut von dem ſtechen, vnd vuur den mage ſere.* Ita de *Pibenelle, Genciana, Stamwurz, Shelwurz, Biboz, Semph* &c. Et infra: *Anthidotum, quod medici de pireto ad res multas habent, non facile ueritatem eius cuiquam indicant, quamuis facilius plurimum acquirant; eſt enim res aptiſſima ad tocius corporis ſalutem.* Πυρεθρον, *Pyrethrum*, unde nos *Bertram* (Artemiſia Dracunculum *Lin.*) corrupimus, innui videtur, jam etiam *Italis* antiquioribus nomine *Piretro*, *Pilatro* uſurpatum.

LXXII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 59 XIII. Folior. 31. 4. per tres columnas nitidiſſime exaratus, quarum